

quillo, qui Euripo inconstantior est. CÆS;  
Necdū excidit mihi suspitio te restiisse Ma-  
rianis conatibus tua ipsius causa: hæc opinio  
nūi me ratione liberaueris, æterna futura ē.  
Syl. Quemadmodum gloriam non appete-  
re modesti hominis officium eē arbitror: ita  
si sua sponte in præmiū virtutis & laboris ac-  
cesserit, negligere superbi est: nec enim aliud  
post reipublicę commoda restabat quo vul-  
nera iacturamque temporis simul etiā ætatis  
nostre consolaremur: quod si passus fuissē  
tollī meam statuam, dii immortales in quam  
infamiam fuissē deuolutus? siquidē agnos-  
cere viderer aliquod meum flagitium: neq;  
desideratentur (ingenia enim hominum pa-  
ratissima sunt ad maledicendum) qui pro-  
ditionis, alij rapinarum, alij aliorum crimi-  
num (prout cuiusq; animus est) insimularēt.  
Quod malum vbi vulgi sermonibus incre-  
buisse, haud quaquam innocentia fide inte-  
gritate nullis bonis artibus, ne testibus qui-  
dem ex Iouis tabulis euelli posset: illę primæ  
conceptiōes animorum tenacissime sunt, ac  
etiā vita functos insequuntur. Quo pacto  
lucem in tāta ignominia intuerer? quos ego  
laqueos, quas laccas, quæ præcipitia, quę aco-  
nita non mente reuoluerem? Sed omittamus